

# S P E C V L V M

## P R I N C I P V M

D. PETRI BELLVGAE VALENTINI

Iurisconsulti Famosissimi,

N V N C PRIMVM PURGATO OMNI VITIO, ET ERRORE,

Ex

Iure	{ Diuino Canonico Humano	Doctoribus Theologis Philosophis Geographis	Historicis Poetis Omniq; Scriptorum genere,
------	--------------------------------	---	---

A D D I T I O N I B V S, E T S V P P L E T I O N I B V S

I L L U S T R A T V M;

Authore Camillo Borrello Iurisconsulto  
Oliuetano.

O P V S IVRA PROFITENTIB V S APPRIME NECESSARIV M.

Cum Privilegijs Regni Neapolitani, Regis Gallie, & Senatus Veneti.



V E N E T I I S,

Expensis Iacobi Anielli Mariae, Bibliopolæ Neapolitani. M D LXXX.

Atk.  
Caput expung. ex  
delegat. sen. S. Inquisit.  
Sulmantiae. D. Jul. an.  
1762.

M. Ribera!



objet 9  
ILLVSTRI DOMINO ALFONSO  
DE SALAZAR HISPANO

Iureconsulto per celebri,

IN REGNO NEAPOLIS SUPREMI CONCILII SENATORI,  
ET REGIAM CANCELLARIAM REGENTI.

CAMILLI BORRELLI J.C. OLIVETANI

P R A E F A T I O .



C II Reddenda ratio est (Alfonse Salazar Amplissimo Regens) Auctore Catone, ut deo memoria prodidit in Historiarum suarum praeludio Institutus. Ita ut unusquisque iure merito (dum tamen, bonarum sit ille artium, ac scientiarum amator, ac velomodico versatus) hunc sibi prototius vi te regimine scopum, metamq; proponat; Tum maximè si non Ethnicius sit, (traeçimus, eos, qui extra Christi gregem sunt, voco) ut fundatum à Christi lege, & preceptis, quibus indies adocia propulsanda, ac voluptates repellendas instruimur. Inixa illud Evangelicum, quid hic statis tota die oriosit. Laboris etenim potius onus subeandum est, quo vita nostra orio, & voluptatibus non manescat. Ocio enim, quid detestabilis, quod malitiam omnem edoceat. M. Ant. Nat. teste, in libello de humilitate. Quid enim homini (dum serinus ille non sit) voluptatibus, otioq; perniciosus? quid ad bone vite regimen odibilis? quid è conuersatione humane utilius? quid conducibilis? quid animo libero dignius, labore, & exercitacione? Nonne ex his totius humana cursus vita metitur? Nonne, & vitam nostram ab immantum ferarum natura alienam fuisse profitemur? Tu maximè his hac obueniens, qui coto: se studijs liberis dedicas, quorum monumenta laborantiam iam facilè eruditate in maxima rerum estimatione reperiri dignoscimus. Isporum itaque institutum, ut omni, & iuri, & rationi consentaneum, vis eq; nostra accommodatum insequi quis designabitur? Hinc Gregorius Cortesius olim Cardinalis meritissimus, in Epistolis familiaribus ad Italianum Monachum scribens, hortatur eum sequi debere Hieronymum, Basiliū, Gregorium, aliosq; complures, per quorum (inquit) vestigia, quisquam est, qui tute posse

incederè, nisi itineris omnes difficultate, & discrmina ab eisdem, & exploratas, & litteris traditis cognoscere valeat? Quod profectio facere nequeunt, qui spretū honestissimis studijs, nihil sere supra cōcūm hominum consuetudinem rationem verae vitae, & religionis valeant peruestigare. Haec ille. Ob quod laborādum est, aut sua quis euomens, aut in aliorum scriptorum inuestigatione. Homo n. labori sole addictus est, ut habetur Genes. c. 3. Quod & voluit Bernardus in Declamatione. Quādo renascat (inquit) miser homo, natus ad laborem. Ita ut illi sit maledictio infelix, ut in vultus sudore sui pane suo vescatur; Vnde recte Proba Falconia Romana Fēmina clarissima in Centone ex Maronis carminibus excerpto inquit.

At tibi pro scelere exclamat protalibus ausis  
Omne ruum ferro teritur. Primus q; per Artē  
Hau miserāde puerā terrā inseſtabere raftris  
Et bellirabier, & amor succrescit habendi.  
Qui etiam cōuenit illud viri Consularis claris.  
Aurely Prudentij in Cathemerinon, dom ait  
His ducibas vniuersa dehinc  
Posteritas ruit in facinus.  
Dumq; rudes imitatur annos  
Farg, nefasq; simul glomerans  
Inspice criminis morte talit.  
De qua etiam primi parentis maledictione pulchre membris nostri temporis Poeta celebris Ioānes Baptista Arcucius Neapolitanus de Nazari Christi inquiens.

Tunc horrida primum  
Intrauit mori in terras, intravit egestas  
Et labor, & dari vexantes corpora morbi.  
Inde Charulus Paganus Bellunensis de passione  
Christi exordiuit.

Maximus, & uali, & rerū Plasmator, et Orbū  
Prescius agnonit tempus, quo ponere vitam  
Crimine pro primi decreuerat ille parentis.  
Itaq; ad nos posteros diffusa maledictio extitit,

# S P E C V L V M P R I N C I P V M D. PETRI BELLVGAE VALENTINI

I V R I S C O N S V L T I F A M O S I S S I M I

A D A L P H O N S V M<sup>2</sup> S I C I L I A E,<sup>b</sup>  
E T A R A G O N I A E R E G E M.



S V M M A R I V M.

1 Auctoris nomen, ac libri titulus.

2 Indicis iniqui, mirabilis pena, & Consiliarii mali, diminutus suete puniebat, ac igne concremavit.



T I G I T U R Cæsarem<sup>c</sup> no-  
strum Gloriosum nomine AL-  
phonsum, dignissimum, ac  
Christianissimum principem,  
regem, & dominum Arago-  
nie, ac totius Sicilie, inuocem.

Ad te domine hoc opus dirigo.  
Cuius partes sapientia, ac iustitia, esse pa-  
ter, ad te igitur Scientia amatorem, iustitiae cul-  
torem, condigne recurro. Ad te triumphantem  
rebellium tyrannorum domitorem, ad eus sus-  
ciem inimicorum obtrectantium, pro meo tu-  
tamine accedo. hoc opus tuum, oto defendas,  
d huic fane, hoc libera, ab his qui lingua<sup>d</sup> & ca-  
e lamum promptas ad te probandum<sup>e</sup> habent.  
De quibus loquitur Psalmista. Venenum aspi-  
dum sub linguis eorum, contra quos inimicus  
princeps est, de simonia. c. ex diligenti. Ad te igi-  
tur, vt regem, & principem, & dominum dirigo  
sermones intos, vt decidas, corrigas, & emen-  
des, quia tuo sunt omnia parata iudicio. Ad te  
sapientem, vt intelligas, ad te iustum, vt in iusti-  
tia extiteris, ad te, vt scientia dilectorem, vt o-  
pus & authorem saueas, ad te, vt Regem, & Cæ-  
sarem, vt fiscalia patrimonialia, & curialia de  
quibus scribo, recte comendes: ad te, vt defenso-  
rem, & ecclesiæ vexillarium, vt ecclesiastica, ac  
secularis iurisdictionis altercationes latent, pâ-  
doctas doctorum conscriptas, breui hic compo-  
fitas, stilo commemores, ad te, vt militia caput,  
f vt militum iurisdictiones, & eorum priuilegia<sup>f</sup>  
militaria conserues. Ad te, vt Reipublicæ prote-  
ctorum, vt illius esse soles, & singulorum como-  
ditates iustitiae medicina preseruentur a noxijs.  
De ijs igitur, breui sub compendio scribere con-  
stitui, legens principem aciem sue consideratio-  
nis ad talia vertere debere, de electione. ca. fun-  
damenta, libr. 6. Tua regia maiestati, hoc opus  
est.

i destinandum esse duxi. † Ego Petrus Belluga  
vtriusque iuris doctor minimus, cuius Valentia  
tua maiestatis humilis vasallus factura, ac ser-  
uus, q̄ tuo mandato viue uocis oraculo mihi fa-  
cto in campo del. conante, Speculum principis  
intitulari mandasti, ut in hoc speculo sapientia  
& iustitia prospiciens, salus, & incolumenta tui  
populi conservetur, resq; tua publica augeatur,  
g cum sine hac iustitia & eriam latronum concio-  
nes diu esse non possint, testante Tullio, minus  
que respublica, ut satis exemplis probatur Ro-  
manorum, ut inquit Valerius, in ti. de iustitia. Si  
ergo hoc Speculum mentis oculis intuearis, uti  
h Deo autore, spero salus & incolumenta<sup>h</sup> tui  
populi præstolatur indubie. Et à noxijs subditi  
relevanbuntur, & fiscus abundabit utens subie-  
ctis locupletibus, in autho. ut iudices, sine quo-  
quo suffragio, col. 3. Et si prout in hoc tuo Spe-  
culo decisa reperies iudicabis, non deteloqui-  
tur Ieremia in 10. cap. Væ qui condunt leges ini-  
quas, & scribentes iniusticias scripserunt, sed  
quod scribitur Hieremias 7. Si inquit hoc feceri-  
tis, o reges Iuda, scilicet iustitiam regiam admi-  
nistrande, tenebitis præsternam potestatem. Hoc  
ergo persuadendum & consulendum duxi, ut  
iustitiam coram his leges, & pacta, cum popu-  
lo federata teneas. † Nā legimus de 3rio consilio  
i multos malos consiliarios diuinis<sup>i</sup> punitos, hoc  
que exēplis probare facile est, & priscis tib. in  
tua eueuit Sicilia, in Corindone magistro iusti-  
tia qui falso consulebat principem, ut in suis iu-  
dicijs procederet per iudicatam, fuit igne diuini-  
no per medium scissus corā toto populo, in ca-  
thæda iustitia. Et refert Beda in historiali de  
Hirlanda, in historia regis Xintimes, q̄ Eliotus  
malus consiliarius fuit diuinitus punitus, eo  
quod persuadebat principi, ne leges & pacta  
populo seruaret. Et si mihi fas sit talia rāto prin-  
cipi persuadere, scio tibi tamen supercruacanea.  
Nā ea est tua alta natura edocentis, & maiorib.  
instructa exemplis, q̄ glorioſas leges, & pacta  
tuorum prædecessorum obseruando, nouas edē  
do, utiles, & necessarias reipublicæ pacem<sup>k</sup> &  
iustitiam populo tibi commisso tenuisti, & ad-  
ministrasti: sed neq; clementia a te unquam fuit  
A aliena,